SANCTI HILARII PICTAVORUM EPISCOPI OPERA

AD MANUSCRIPTOS CODICES GALLICANOS, ROMANOS, Belgicos, necnon ad veteres editiones caſtigata; aliquot aucta Opuſculis, præviis in locos difficiles diſputationibus, Præfationibus, Admonitionibus, Notis, novâ S. Confeſſoris vitâ, & copioſiſſimis Scripturarum, Rerum, Gloſſarum Indicibus locupletata & illuſtrata,

STUDIO ET LABORE MONACHORUM
Ordinis S. Benedicti, è Congregatione S. Mauri.



10
4505

PARISIIS
Excudebat FRANCISCUS MUGUET Regis, Cleri Gallicani & illuſtriſſimi Archiepiſcopi Pariſienſis typographus.

MDCXCIII.
CUM PRIVILEGIO REGIS.



EMINENTISSIMO DOMINO
D. CÆSARI ESTRÆO
S. R. E. CARDINALI.

INTER præcipuos ſtudiorum noſtrorum, immo & totius Congregationis noſtræ patronos ac fautores, cùm te jam dudum in primis ſuſpiciamus, EMINENTISSIME DOMINE; *nemini mirum videri debet, quòd S. Hilarii Opera, quæ novis recognita curis, & pro modulo à nobis illuſtrata in lucem denuo prodeunt, Eminentiæ tuæ nuncupemus & offeramus. Nam poſt tot honorifica teſtimonia, quibus non modò univerſum cœtum noſtrum, verùm etiam quorumdam è ſodalibus noſtris, tum in ſanctorum Patrum ſcriptis recenſendis, tum in eruendis venerandæ antiquitatis monumentis labores ſummis Pontificibus, ſacro Collegio, totique Romanæ curiæ approbare dignatus es; ſanè committendum non erat, ut tam propenſa in nos benevolentia & humanitas debitâ grati animi teſtificatione fraudaretur. Quod repugnante æquitate ne eveniret, nihil opportu-*

PRÆFATIO GENERALIS.

ECCLESIAM ſincere diligere, & inclytum illius defenſorem Hilarium ſummâ obſervantiâ non colere difficillimum eſt. Dum viveret, neſcio quas gravitatis ſimul & benignitatis notas præ ſe ferebat, ut cùm catholicorum dux, hæreticorumque terror eſſet, utrorumque tamen non admirationem ſolùm, ſed & reverentiam ſibi conciliarit. Eum quidem nonnulli per fraudem oppugnare, at coràm illi reſiſtere nemo umquam auſus eſt. Illorum dolis ab Occidente divulſus, non tam huic parti ereptus viſus eſt, quàm Orienti datus, ut nulla pars Orbis illius lumine non frueretur. Tum enim Occidentis eccleſiæ conſilia ipſius exquirere non deſierunt, ut eorum ſapientiâ regerentur, & ipſi morem gerere Orientis epiſcopi paulatim aſſueverunt. Quocirca tenebricoſa hæreſis, quæ in iis regionibus principatum tenebat, tanti ſideris acceſſum ſuſtinere diutiùs non valens, ſibique aut cedendum, aut Hilarium è finibus illis exturbandum eſſe proſpiciens, cum novo ſplendore Galliis reddidit, cujus lucem extinguere ſe poſſe arbitrabatur. Inculpatum virum, in quem adverſarii, calumniandi arte pollentes, non potuerunt tunc quidquam excogitare criminis, quo ipſum perderent: Felix culpa unica ei objecta, quòd hæreſis eo præſente nulla pace frui nihilque moliri ſineretur: Et verò reditu ipſius in nihilum ceſſit, quidquid antè in Italia, Illyrico, Galliâ tentaverat; & *apud omnes conſtitit, unius Hilarii beneficio noſtras* (nominatim) *Gallias à piaculo hæreſis liberatas.* Sulpic. Sev. lib. 2. hiſt. ſacr.

2. Hæc & alia fortiſſimi Confeſſoris geſta qui probè conſideraverit, facilè aſſentietur eum Eccleſiæ datum, ne portæ inferni adversùs illam prævalerent: neque inficias ibit, ſumma cum veneratione à catholicis excipiendam eſſe doctrinam ejus, qui hæreticis adeo reformidandus fuerit. Jam verò ut in eam quiſque commodiùs utiliùſque incumberet, opellam noſtram, quam in aliorum Patrum editione nonnulli favore aſſenſuque ſuo ſeſe approbare teſtati ſunt, ad ſcripta ipſius recognoſcenda non recuſavimus. Et certè hoc ei officium plurimis nos titulis debere confitemur. Cùm enim eum cum omnibus Eccleſiæ alumnis veneremur ut patrem ac magiſtrum, & nominatim eum Gallis ut Galliarum noſtrarum decus & ornamentum amplexemur; eo tamen nomine nobis ſingulariter carus eſſe debet, quòd prima in Galliis jecerit monaſteriorum fundamenta. Demum ſi non quod noſtra, ſed quod Eccleſiæ refert, reſpiciamus; quis neget tanto pluris ejus intereſſe, ut pura ac ſincera habeat Hilarii ſcripta, quanto majoris ſunt ad fidem illius adſtruendam auctoritatis: Nam cùm Eccleſia fidem ſuam à Chriſto & Apoſtolis teneat, illi eo graviores ſunt teſtes, quo apoſtolicis temporibus viciniores. Neque multos è latinis Patribus recenſere eſt, qui ætate Hilarium præcedant. Nam poſt Tertullianum, Lactantium atque Cyprianum, vix unum reperias alicujus nominis eo antiquiorem. Ille verò tot fere præcones habet, quot nobis poſt ipſum præſtitit Deus fidei Doctores.

SANCTI HILARII PICTAVENSIS EPISCOPI TRACTATUS SUPER PSALMOS.

a
[a] IN LIBRUM PSALMORUM.
PROLOGUS.

VARIAS [b] eſſe plurimorum de pſalmorum libro opiniones, ex libris ipſis quos ſcriptos reliquere, compertum habemus. Nam aliqui Hebræorum eos in quinque libros diviſos volunt eſſe: ut ſit uſque in quadrageſimum pſalmum liber primus, & à quadrageſimo uſque in ſeptuageſimum-primum liber ſecundus, & ab eo uſque in octogeſimum-octavum liber tertius, & uſque in centeſimum-quintum liber quartus; ([c] ob quod hi omnes pſalmi in conſummatione ſua habeant, *fiat, fiat:*) concludatur deinde in centeſimo-quinquageſimo pſalmo liber quintus. Alii verò [d] ita inſcribendos pſalmos exiſtimaverunt; *Pſalmi David:* quo titulo intelligi volunt, eos A omnes à David fuiſſe conſcriptos. Sed nos ſecundùm apoſtolicam auctoritatem, *Librum pſalmorum* & [e] nuncupamus, & ſcribimus. Ita enim in Actis Apoſtolorum dictum meminimus: Scriptum eſt enim in libro pſalmorum, Fiat domus ejus deſerta, & epiſcopatum ejus accipiat alter. Ergo neque ſecundùm quoſdam Hebræos quinque libri, neque ſecundùm plurimorum ſimplicitatem *Pſalmi David* dicendi ſunt: ſed ſecundùm apoſtolicam auctoritatem *Liber pſal-* B *morum* eſſe noſcendus eſt.

b Pſalmorum liber unus, non quinque: neque illi ſolius David.

c

d

e

Act. 1. 20.

2. Sunt autem plures eorumdem pſalmorum ſcriptores. Nam in aliquibus *David* auctor præſcribitur, in aliquibus *Salomon*, in aliquibus *Aſaph*, in aliquibus *Idithum*, in aliquibus [f] *filiorum Chore*, in aliquo *Moyſi*. [g] Ex quo abſurdum eſt pſalmos David cognominare; cùm tot auctores eorum ipſis inſcriptionum titulis

Pſalmi ſunt, quorum auctores præferuntur.

f g

[a] Mſ. codex Michaelinus hoc uno inſignitur titulo, quem univerſo operi convenientem ſavente regio exemplari præmittimus, *Tractatus ſancti Hilarii Pictavenſis Epiſcopi ſuper Pſalmos.* Prologus autem, qui in vulgatis *in Pſalmorum explanationem*, non ineptè ex mſ. Tellerianis inſcribitur, *in Pſalmorum librum*: non enim Pſalmorum explanationem tam ſpectat, quàm ipſumnet Pſalterium, quod Hilario *Pſalmorum librum* mox placet nominari.

[b] Tellerianus codex, *Varias in libro Pſalmorum opiniones eſſe ex ipſis libris quos diverſi tractatores ſcriptos reliquerunt compertum habemus*, non alio ſenſu. Sed & hic aliiſque ſubinde locis interpolatum hunc codicem jure quis ſuſpicetur.

[c] Alter è mſſ. Vaticanis, *ob hoc quia hi omnes*. Hujus verò monenti levitatem redolet apud Hieronymum præf. in Pſalterium ex Hebræo tranſlatum.

[d] Pariſienſis editio an. 1605. adornata, *ita ſcribendos*. Porro David tamquam auctori totum Pſalterium tribui petimus Auguſtinus in Pſal. 9. n. 35. Immo l. 17. de Civ. Dei, c. 14. longè credibilius putat, pſalmos omnes ab eo prodiiſſe. Indubitanter id aſſeritur apud Ruffinum præfat. in Pſalmos. *Ad ſolum quoque prophetam David pertinere*, certis declarat indiciis, aſſerit Caſſiodorus præfat. in eoſdem Pſalmos. Eamdem ſententiam, quam tuetur ſaepe Hilarius, proponit Euthymius præfat. in Pſalmos.

[e] Mſ. Tell. *& nunc nuncupamus & ſcribimus*: non placet. Hilarii auctoritate et rationibus adductus Caſſiodorus præfat. in Pſalm. cap. 11. unum Pſalmorum librum eſſe decluit. Sed mirum eſt quod ibidem pſalmorum in quinque libros diviſionem Hieronymo tribuat, quam ille præfat. in Pſalter. prorſus rejicit. Diviſionis hujus auctorem ſibi incompertum fatetur Auguſtinus in Pſal. 150. n. 2. & Scripturæ canonicæ auctoritati unquam [illegible] ſubſcribere. Eidem ſubſcribit apud Ruffinum auctor præfat. in Pſalmos.

[f] Alter è mſſ. Vatic. *in aliquibus filii Chore, in aliquo Moyſe*. Moyſi autem unum præſcribitur Pſalmo 89. Hujus tamen auctorem eſſe Moyſen non concedit Auguſtinus in eumdem Pſalmum n. 2. cui magis placet ut totum Pſalterium David tribuatur. Contrà Hieronymus epiſt. ad Cyprianum non ſolum hujus, ſed & ſubſequentium auctorem fuiſſe Moyſen, qui non ſolum, inquit, *hos quinque reliquit libros, Geneſim, Exodum, Leviticum, Numeros & Deuteronomium, ſed undecim quoque Pſalmos ab 89. uſque ad 99.*

[g] Mſ. Mic. *ſiquidem abſurdum*. Tum cum Par. ſequitur, *Pſalmos David dicere vel nominare, cùm tot auctores eorum ipſis inſcriptionum titulis commemorentur.* In aliis verbiſculis ut in textu, niſi quòd in Tell. *reſeruntur*, pro *aluntur*.

Index Gloſſarum.

Chriſtus peregit, 587. d. Virtutem naturæ ſuſpectam, 11. & virtute naturæ ſuæ natus eſt, 1065. a. Virtutem naturæ ſuæ excepit magnitudo Dei infirmitatem noſtram, 106. a. Virtus ſubſtantiæ eodem ſenſu, 52. d. Virtus corporis, 1037. a. 1064. a. 1066. b. c. 650. a. Virtus originis, 1045. b. Virtutem naturæ, quæ in homine operata eſt, Deum eſſe non ambigit Sabellius, 978 a. Virtutem naturalem paſſionum, 1101. c. Virtus propriè naturæ nulla, id eſt, nulla res ſibi propriam naturam dedit, 587. a

Virtutum namque officiorum confirmatio, 289. c. Virtutes cæleſtium, 85. b. Virtutes in cælo plures ſunt & efficientes & æternæ, 820. c. Virtutes cæleſtes, Angeli, 181. c. 534. c. Virtutes throno Dei aſſiſtentes, 474. c. Virtutum cæleſtium in nos officia, 420. b. Virtutes Chriſti in Apoſtolis, aut etiam ipſi ſunt Apoſtoli, 897. d. Virtutes evangelizantes, 197. c. Virtutes, id eſt exercitus, 340. d. Virtutes originariæ ſeculi, 476. a

Vitam æternitatis, 901. c. In vitam ejus cæleſtis animari, 265. f

Uritis ignis per materiam, 956. d

Unianus pro ſingulari, 973. b

Unigeniti majeſtas, 780. c

Unimores, 194. c. 395. e

Unio, maſculini generis, 969. not. f. Quæ ratione ab antiquis intellectæ ſit hæc vox, 834. b. not. c. Unionis hæreſis, 1122. e. Unio Sabellii, 885. c. 928. b. c. 920. c. 940. d. 913. d. 949. c. e. Unio in Deo deteſtanda, 1574. a. Nam non unio divinitatis, ſed unitas ſit, 1375. b. Unionem deteſtantes, unitatem tenentes, 885. c. Unio non habet nativitatem, 1164. c. Unionem aſſerit non permittit, 835. d. Unionem dividit Sabellius, 853. c. 880. c. Unionis à Sabellio dictæ crimen, 885. b. Unio contraria, 1174. b. 1178. c

Unus pro ſolo & ſingulari, 938. a. 950. c. Unum non unus confitendus eſt Pater & Filius, 938. b

Unita caro in gloriam Verbi, 1008. a. Unitati paternæ naturæ totum Filium ineſſe, 1009. c. d. Unitatis efficiendæ implentur novitas diſpenſationis, 1008. b. Unitas gloriæ ſuæ per obedientiam diſpenſationis excedit, 1009. b. Verbum tamen factum in naturæ paternæ etiam ſecundùm hominem redire, 1008 a

Univerſitas, quaſi, univerſa, 1014. d. Univerſitas pro mundo, 85. a. 1133. b. 1134. c. Univerſitas, 1024. c. oppoſitum ponitur, 54. a. 86. d. 1025. d. 1035. b. Univerſitas ſermonis, 1096. a. Univerſitatem noſtræ naturam Chriſtus in ſe continet, 1093. d. univerſitatis noſtræ caro factus, 107. e

Ad velle, 1093. d

Voluntas potentia & poteſtas non diſtinguuntur, 1049. c. not. d. Voluntatis lex, 377. b. Voluntatis ſapientia, 547. c. Voluntatis ignorantio, id eſt voluntaria, 335. d. Voluntatis virtute, 701. e

Uſu, 928. c. 930. a. 1128. a. 1147. c. 1148. b. d. 1153. d. 1174. 1175. a

Utendi ſenſu modo ac bonitas Dei, 340. f. Utendarum ſubjectarum ratio, 631. e

Utiles olei mercatrices, 322. f. Utilis accedit, 938. a

Utilitas pro his quæ ab hominibus exiſtimantur utilia, 176. b.

ERRATA.

IN TEXTU.

Pag. 270. *lin.* 17. *illis*: *leg.* *illis.*
374. *l.* 29. *opertum*; *l.* *appetitum.*
716. *l.* 27. *opprehensum*: *l.* *apprehensum.*
In ſcripto libri 5. *de Trin.*
lin. 8. *quanto*: *leg.* *quanto.*

IN NOTIS.

284. *ad notam f. l.* 2. *viſibili*: *leg.* *viſibili.*
674. *ad notam b. l.* 3. *quanto*: *leg.* *tertio.*
1135. *ad notam b. lin.* 1. *leg.* *ipſa.*

IN INDICE SCRIPTURÆ.

Ad Roman. 13. 12. . . . 770. *leg.* 776.

PRIVILEGE DU ROY.

LOUIS par la grace de Dieu Roy de France & de Navarre: A nos amez & feaux les Gens tenans nos Cours de Parlemens, Maiſtres des Requeſtes ordinaires de noſtre Hoſtel, Baillifs, Seneſchaux, Prevoſts, Juges, leurs Lieutenans, & à tous autres nos Juſticiers & Officiers qu'il appartiendra, Salut. Nos chers & bien amez les Religieux Benedictins de la Congregation de ſaint Maur, Nous ont fait remontrer qu'ils deſireroient faire imprimer un Livre intitulé, *Sancti Hilarii Pictavorum Epiſcopi quotquot exſtant Opera ad manuſcriptos codices Gallicanos, Romanos, Belgicos, nec non ad veteres editiones caſtigata, operâ & ſtudio Monachorum Ordinis ſancti Benedicti è Congregatione ſancti Mauri*, s'il nous plaiſoit leur en accorder la permiſſion, & nos Lettres ſur ce neceſſaires, qu'ils nous ont tres-humblement fait ſupplier leur octroyer. A CES CAUSES, Voulant traiter favorablement les Expoſans, Nous leur avons permis & permettons par ces Preſentes de faire imprimer ledit Livre, en tels volumes, tomes, marges, caractéres, & autant de fois que bon leur ſemblera, pendant le temps de quinze années conſecutives, à commencer du jour qu'il ſera achevé d'imprimer pour la premiere fois, iceluy vendre, debiter & diſtribuer par tout noſtre Royaume & terres de noſtre obeïſſance. Faiſons défenſes à tous Libraires, Imprimeurs & autres, d'imprimer, faire imprimer, vendre ny debiter ledit Livre, ſous quelque pretexte que ce ſoit, meſme d'impreſſion étrangere, ou autrement, ſans le conſentement des Expoſans ou de leurs ayans cauſe, à peine de confiſcation des exemplaires contrefaits, trois mil livres d'amende, payable ſans déport par chacun des contrevenans, applicable un tiers à Nous, un tiers à l'Hôtel-Dieu de Paris, & l'autre tiers aux Expoſans, & de tous leurs dépens, dommages & interêts; à la charge d'en mettre deux exemplaires en noſtre Bibliotheque publique, un en celle du Cabinet des Livres de noſtre Chaſteau du Louvre, & un en celle de noſtre tres-cher & feal le ſieur Boucherat, Chancelier de France, de faire imprimer ledit Livre dans noſtre Royaume & non ailleurs, en beaux caractéres & papier, conformément à nos Reglemens des années 1618. & 1686. & de faire regiſtrer ces Preſentes ès Regiſtres de la Communauté des Marchands Libraires de noſtre Ville de Paris, à peine de nullité des Preſentes, du contenu deſquelles vous mandons & enjoignons faire joüir & uſer les Expoſans, ou ceux qui auront droit d'eux, pleinement & paiſiblement, ceſſant & faiſant ceſſer tous troubles & empeſchemens au contraire. Voulons qu'en mettant au commencement ou à la fin dudit Livre l'extrait des Preſentes, elles ſoient tenuës pour dûëment ſignifiées, & qu'aux copies collationnées par un de nos amez & feaux Conſeillers-Secretaires foy ſoit ajoûtée comme au preſent Original; Commandons au premier noſtre Huiſſier ou Sergent ſur ce requis, faire pour l'execution des Preſentes tous exploits, ſignifications, défenſes & autres actes neceſſaires, ſans demander autre permiſſion: Car tel eſt noſtre plaiſir. Donné à Paris le douziéme jour de Fevrier, l'an de grace mil ſix cens quatre-vingt-neuf, & de noſtre Regne le quarante-ſix.

Par le Roy en ſon Conſeil, NUGUET.

Regiſtré ſur le Livre de la Communauté des Marchands Libraires & Imprimeurs de Paris, le quatriéme Juin 1693. Signé, AUBOUIN, Syndic.

Et les RR. PP. Benedictins ont cedé leur droit de Privilege à François Muguet, Imprimeur du Roy, du Clergé de France & de Monſeigneur l'Archevêque, pour en joüir ſuivant l'accord fait entr'eux.

Achevé d'imprimer pour la premiere fois le treiziéme Juin 1693.

Les Exemplaires ont eſté fournis.